



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De sine & proprio Mortificationis officio, & de duobiss eius generibus. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

*Richard.
Super Ge-
nesin.*

*Climach.
Grad. 1.*

quit Dorotheus, certat viriliter, Quoniam
quicquid vitio suo passionique contra-
rium animaduertit, id totis viribus aggre-
ditur & operatur. Quod & Richardus de
S. Victore voluit significare, cum dicit
Seruorum Dei hoc esse proprium, non solum
carnales sensus per disciplinam restringere, sed
etiam per mortificationem extinguere. Hoc
ipsum & B. Climachus indicauit, cum de-
scribens verum religiosum, in eius verba
definitione tanquam conditionem & pro-
prietatem plane necessariam posuit: *Mortificationem naturæ & indefessam sensuum
custodiam.* Sic enim ait: *Monachus est perpetua
tua naturæ violentia, sensuumque vigilantia
& indefessa custodia.* Quapropter opera-
tetur eos, qui spiritalem ac religiosam vi-
tam degunt, semetipsum explorare diligen-
ter, ad quemnam illorum trium statuum
pertineant, summoque conari studio
obligationi gradus, suæque perfectionis
hac in parte respondeant.

CAPVT II.

*De fine & proprio Mortificationis officio,
& de duobus eius generi-
bus.*

Communis est Philosophorum senten-
tia, Medium in rebus naturalibus per-
tinet.

DE MORTIFICAT. 15

icipare de suis extremis. Exemplum esse
potest vernum tempus, quod cum sit me-
dium inter hiemem & æstatem, ab hac ca-
lorem, ab illa verò frigus accipit, vnde ea
temperies efficitur, quæ temporis huius
est propria. Idem videre est in aurora, quæ
cum sit media inter noctem & diem, vt de-
finitio illius, huius verò principium; habet
aliquid de obscuritate noctis, & claritate
diei, ita vt lumine quidem inaurata, adum-
brata autem tenebris appareat, & quia
proprie nox appellari non potest, cum ha-
beat aliquid lucis, neque etiam dies, quia
aliquid adhuc tenebrarum manet, com-
muniter *aurora* vocatur. Ita dicendum de
homine, qui cum sit à Deo constitutus
tanquam medius inter naturam angelo-
rum & brutorum, quia natura sua est An-
gelis inferior, superior verò brutis, fit, vt
tanquam medius inter duas illas naturas,
de vtraq; participet, id quod liquidò con-
stat: Quod enim ad animam attinet, habet
esse Angelicū, cū sit natura sua spiritualis,
immortalis, intellectualis & liber: *ratione*
autem corporis, habet aliquid de brutis,
cum sit natura sua corruptibilis, sensualis,
carnalis, atq; ex his duabus partibus quasi
contrarijs, vinculo tamen naturali conso-
ciatis, resultat hoc compositum: *Homo;*
& quia

& quia secundum ordinem Iustitiæ naturalis & Politicæ, quicumque conditione & gradu inferior est, subiectus esse debet & subordinatus ijs, qui in eadem Republica sunt potestate & gradu superiores. D. Paulus monet, cum dicit; *Omni animi potestatibus sublimioribus subdita sit*: Sequitur manifestè, carnem & sensus in homine, tanquam gradu & conditione inferiores, ex vi Iustitiæ subordinatos & subiectos esse debere rationi seu spiritui, vnaturaliter & politicè superiori. Quod & Aristoteles significare videtur, qui cum dixisset: *Animus quidem in corpore, dominicum seu herile habet imperium, mens verò in appetitum civile & regium*, statim subiungit, in quibus clarum est secundum naturam & utilitatem imperari ab animo corpori, & ab ea parte, que habet rationem, ei parti, que subiecta perturbationi: & equalitatem verò & inordinatam omnibus nocere. Ex quibus verbis perspicuè colligitur, animæ secundum ordinem naturæ competere imperium in corpus, & rationi in sensum; & equalitatem autem inter ipsos ac successivam præminentiam utrique parti turpem & damnosam esse.

Aristot. 1. polit. c. 3. *Animus quidem in corpore, dominicum seu herile habet imperium, mens verò in appetitum civile & regium, statim subiungit, in quibus clarum est secundum naturam & utilitatem imperari ab animo corpori, & ab ea parte, que habet rationem, ei parti, que subiecta perturbationi: & equalitatem verò & inordinatam omnibus nocere. Ex quibus verbis perspicuè colligitur, animæ secundum ordinem naturæ competere imperium in corpus, & rationi in sensum; & equalitatem autem inter ipsos ac successivam præminentiam utrique parti turpem & damnosam esse.*

Ceterum quia in homine, propter sensus rebellionem, concinnus hic ordo na-

T. DE MORTIFICAT. ¶

uz subuersus est, cumque quotidiana
misset experientia, quomodo sensus &
suo saepenumero aduersus spiritum & ra-
tionem insurgentes eam inquietent, &
bella acerrima moueant, necessarium pla-
ne est, vt tam graue hoc incommodum
homo, conueniente aliqua industria & ar-
te amoliat & emendet. In hunc finem,
factum hoc Mortificationis exercitium
sapienter institutum est, cuius praecipuum
munus est & finis in hominibus spirituali-
bus & religiosis, carnem sensumque ratio-
ni ac spiritui subijcere; rationem autem &
spiritum Deo, tanquam legitimo vtrius-
que domino. Vnde postmodum in horum
animis pax illa & tranquillitas nascitur,
quam S. Augustinus vocat, *Regnum Dei*;
Vbi ita sunt ordinata omnia, inquit, vt id
quod est in homine praecipuum & excellens,
hoc imperet, ceteris non reluctans, que
sunt nobis bestij que communia. Verè felix &
optatissimus status, qui hominem quasi
ad illam Originalis Iustitiae felicitatem
reducit, à qua ob primi parentis pecca-
tum miserabiliter excidit.

Verum quia homo ad acquirendum
hunc tam nobilem statum, non solum in-
terioribus animi, sed etiam exterioribus
corporis passionibus, ipsiusque insolenti-
bus ap-

Augustinus.
lib. 1. de
serm. Do-
mini in
monte,

DE MORTIFICAT.

bus appetitionibus plerumque impeditur, necesse est, ut *Mortificatio* ad utrumque se extendat, ad corpus, inquam, & animam, remouendo nimirum ab vnoquoque illorum, quidquid impedit, quò minus inferior pars superiori debito ordine subicitur. Quare sicuti morus accipit suam denominationem à termino ad quem tendit, ita & *Mortificatio*, quæ spectat ad animæ culturam, extirpando passiones & affectus inordinatos, videtur *Mortificatio interior* dici posse: Illa autem, quæ corporis ieiunijs, vigilijs & cilicijs coercendum suscipit, *Mortificatio exterior* iure appellatur, quam ut à Christo Domino vitæ propriæ exemplo, ieiunando, vigilando ceteramque innocentissimam paupertate & incommodis grauissimis intelligendo comprobata, & apud omnes sanctimoniam præstantes viros vtitatam celebratamque non nisi pro diuina & sancta habere debemus. De hac Apostolus loquens: *Cassianus* inquit, *corpus meum, & in seruitutem redigam.*

Cassian. Et *Cassianus* exercitium huius exterioris
Collat. 1. Mortificationis inter instrumenta perfectionis ponit. Quod & *Climachus* affirmat, cum inquit, *Quod sicut exsiccatum locustæ, iam non porcis vsui esse potest, ut ibi*
Climach. *de discre.* *Grad. 36.* *se volunt: ita & caro per abstinentiam mortificatur.*

DE MORTIFICAT. 29

ita effecta, demonibus vltra non præbebit in
quiescendi locum. Dicit Bernardus de
mum exaggerando hanc Mortificatio- *Bern. ser.*
nem Martyrio carni comparat. *30. super*
Cart.
Genus mar-
tyrij est, inquit, spiritu facta carnis mortifica-
re, illo nimirum, quo membra caduntur ferro,
horrore quidem mitius, sed diuturnitate mo-
lestius.

Neque profectò negari potest, quin in-
ter alias huius exterioris Mortificationis
conditiones hæc sit præcipua, quod ora-
tioni dat efficaciam impetrandi maxi-
mam, quando cum ipsa coniungitur, quod
multi atque illustres Sancti tam veteris,
quàm noui testamenti experti sunt.

Ex his omnibus concludimus, mortifi-
cationem exteriorem, maximè, ut vidi-
mus, vilem esse, nihilominus tamen fa-
tendum est Mortificationem interiore
passionum & prauorum affectuum animi
nostri; huic exteriori mortificationi lon-
gissimè præstare; cum certissimum sit,
Mortificationem corporis parùm facere
ad acquirendas virtutes sine animi Morti-
ficatione, hanc autè sine illa plurimum cõ-
ferre. Imò verò corporis Mortificatio ca-
tenus dicitur utilis, quatenus animi morti-
ficatione adiuuat, & promouet, quod Ri-
chardus de S. Victore non obscure signi-
fica-

T.
impeditur,
runque se
animam,
uoque il-
inus inf-
subijca-
suum de-
quem tea-
at ad ani-
ones & af-
ficatio in-
e corpus
ndum so-
ppellabi-
vitar pro-
andocia-
ertate &
endo no-
timonia
camquit
ere debe-
Castigo
no redig-
exeroris
a perie-
us affi-
atam la-
vi ubi
am mar-
cisa

Rich. lib. de prepara- rat. ad cō- templat. cap. 32. ficavit his verbis: *Hoc autem nosse oportet, quia disciplina corporis sine disciplina cordis absque dubio inutilis est: Et merito sancti quia quemadmodum sal condire aliquod ac præservare non potest nisi in intimos eius recessus penetret, ita quoque sal Mortificationis, virtutibus bonisque moribus Dei servum condire debet; Et si is à multorum vitiis ac defectuum corruptione & fœtore præservandus est, oportet, ut interiora animi ipsasque potentias, & passionibus penetret, quod Mortificationis interioris proprium est; quæ quamvis exteriori præponenda sit: (nobilior est enim plurisque facienda, ut diximus) fatentur tamen, ei qui perfectus evadere velit, utramque Mortificationem esse amplectendam, ita ut virtute spiritus facta carnis mortificet, & eadem virtute prava animi desideria potenter reprimat; quod ipsum Richardus de S. Victore affirmat cum dicit: *Perfectus est qui virtute spiritus & voluntates carnis, & voluntatem cordis potenter comprimit.* Et D. Basiliius. *Quia est duplici, inquit, materia constamus, duplex quoque virtutis esse studium debet, itaque cum strenuitate corporis, tum animi etiam industria exerceri.* Et hæc pro huius capituli explanatione sufficiant.*

Richard. super cap. 2. Cantic. cap. 22. Basil. in Constit. cap. 4.